

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Institutio vitae sacerdotalis

Trithemius, Johannes

[Augsburg], nach 22. Okt. 1494

Thomas Ruscher de gamundia [...] Nicolao Mernicensi salutem perpetuam

[urn:nbn:de:bsz:31-327149](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-327149)

Thomas Ruscher de gamundia

sacrarum literarum professor, in ecclesia Maguncensi euāgelici verbi indignus predicator, benefamato et catholico sacerdoti Nicolao Mericensi salutem perpetuam. Ne ante illū a quo omne datū optinui et omne donum perfectus, in gratiis ferendis gelidus videar doctissime Nicolae. Occurrit in primis scriptura Deutero. xxx. Uiram et mortem dedi ante faciem tuam. Gratias habeo quia hodie huic etiam condonat, qui ei qui vera est vita adberet. Si dico, qui meis nuper temporibus inspirauit in faciem cuiusdam spiraculus vite noue, pro quo gratias omnium reddo creatori. Et tibi o pater laudare intelligente Tritemij, eo quod non solum tibi ipsi vitam elegisti, sed et meam multorumque viuam, vitam instituis, tuo in tam florido institutionū opusculo, quod mox ad me vsque latū esset, nec alijs locum adhibens, veluti vite spiraculū egens, mentis affectu animique desiderio quousque introspecerem. Sed quid o laudare intelligente pater. Quid per hoc tuum institutionū tam floridum opusculum in me tibi deditissimo effeceris, quidue hoc inter legendū senserim, meos coactaneos nec latitare velim. Nam cū ad interiora ipsius procederem, ita in me floruit, ut meas maderet genas. O frater Mericensis Nicolae orationi et charitati sumatissime, quae felix quae sancta pro hoc florido fuit opusculo petitio tua. O christi sponse vir atque fili mericensis Nicolae et dei confessor, quae necessaria in hoc quae continent opusculo potissime in his tempestuosis sunt nunc temporibus, ubi fides christiana noxia erroribus qui passim seminant et pollulant, laceat et opprimat. Necessaria dico supra modū. Nam florida sacerdotals peregrinationis abiecta institutione omnia vicia ignominiaque exurgunt. Scio namque maiorū nostrorū traditione animā hominis intellectu rerumque scientia veluti esca quadam nutiri, recte eorum animos arbitror qui nullis disciplinis, nulla morum aut vite institutione eruditi sunt, nihilque bonarū artium hauserunt, ietunos et quasi famelicos esse, plenos tamen et illorū animos sed vicijs et nequicia Episcopi Nicolae scito, mihi meisque persuasum velim coactaneis ad hoc floridum nos ad integrum diuertere opusculum. Nam per hoc non solum criminis vitare penam, sed et laudationis possumus gratiam obtinere. Huic enim qui animi odoratum non accomodat cito dabit in ruinam, quapropter hoc ipsum ante primam literarum eius

impressuram tibi fructuosum esse non ignoras. Maxime dum
 per laudate intelligentie patrem et dñm dñm Johannem Tritem. ñ
 Spanbemensis abbatem. non minuto sudore cōgessit compilavit
 atq; tradit. Qui varia litterarū gracia. multo q̄ ego sum abundan
 tior est. qui vigil ingenio. paratus eloquio. flagrans studio. et vtilis
 pater familias in domo dñi. Qui florido eius opusculo sancte vite
 institutionē ministrans. et me infirmū simul omnem imperitum do
 ctumq; clerum erudit ad cautelaz. Que certe vite institutio o frater
 si nobis deest. quis oro vivere nos iudicat. Nec ex Nicolae nobis
 si defuerit. digni non sumus. In hac nāq; ad plenum queq; nobis
 adeo subministrat. ut absq; his vita dignus nemo est. Nam si iuxta
 reuerendū in domino patris nostri Tritemij floridam institutionē.
 que in manu est. nos ipsos quoad hęc vivimus ad integrum statueri
 mus. salus nobis vera veraciterq; promittit. que et nullis vñq; au
 ferri qui digni vita vivunt. Digni itaq; cūcti ut habeant taliter iuxta
 in hoc florido opusculo tradita vitā instituere necesse habent. qua
 non moriant. sed perpetuo amplius vivant. Quod dignissime Ni
 colae comprehendere ut possis. Tale semper in eo qui vniuersa crea
 uit. et nos qui vtribus nostris stare non possumus sua misericordia
 conferuet. Amen. Date in studio Moguncienſi Anno salutis
 nostre Millesimo quadringentesimo quarto. Mensis octobris.
 Die vero eius dem. xxij.

a ij